ad Festum Sanctorum Trium Regum in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo secundo proxime incidens venturo differt, et prorogat. Quam diem primam suprascriptam cum Vadiis Capitanealibus atque Poenis huius, vigore Decreti suprascripti Tribunalitii, sub vigore in eodem Decreto Tribunalitio expresso, se suprascripta Magnifica Capitanea Darnoliensis cum suis Successoribus pro Die suprascripto, in et super Bonis suis generaliter omnibus, haereditariis et obligatoriis, mobilibus et immobilibus, Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis solituram inscribit, conservando Terminum sibi Recognoscentibus talem, qualem ad praesens habere debuerant Nullius partium Iure laeso. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Sexta post Festum Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 26/v

Wasilowski Consorti suae advitalitatem inscribit.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Nicolaus Wasilowski sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis 743

1742

generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo, palam libere, publice, ac per expressis recognovit. Quia ipse Dnae Anna Wezykowna Rudzka Consorti suae legitimae super Bonis suis propriis et hereditariis tota videlicet et integra Villa Boratyn in Terra et Districtu praesenti Premysliensi iacen. et consisten. advitalitatem et usumfructum ad extrema duntaxat vitae ipsius tempora inscribit et concedit, prout praesentibus inscripsit, concessit et assignavit. Quaequidem Bona suprascripta totam videlicet et integram villam Boratyn cum omni eorundem iure Dominio proprietate competentiaq et praerogativa quavis omnibusq Bonorum eorundem utilitatibus fructibus proventibus reditibus, Commodis emolumentis, obventionibus attinentiisq et pertinentiis generaliter universis praedicta Consors sua tenebit habebit et possidebit, illisq quiete et pacifice ad extrema duntaxat vitae illius tempora utifruetur. Post mortem vero et de hac Luce decessum suprascriptae Consortis suae, extunc Bona memorata cum omni sua competentia et praerogativa ad successores sui Recognoscentis sine quavis vel minima contradictione Successorum praenominatae Consortis suae redire et devolvi debebunt ac tenebuntur. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Wierzbickie Coniuges

144 M. Krasinski quietant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen. Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Paulus Wierzbicki et Christina Trembinska Coniuges Legitimi sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti